

**A**scaris lumbricoides L. tres et nonnumquam quatuor lineas geometricas longus est, et in maximo numero eorum nullus repertus est maior. Crassitudine aequalis est tenui filo. Per omnes menses in aqua, quae e puto coenobii Diui Ludgeri hauritur, eum inuenit, in quo nec pisces, nec alia animantia reperiuntur, e quorum corpore hi ascarides excerni potuissent, vti quidem Cel. PHELS VMI VS autumat s). Non autem solum in hac vrbe, sed etiam sub initium mensis Decembris anno MDCCLXXII, quum SERENISSIMVS PRINCEPS ASCANIENSIS prope Ballenstadium Illustr. PRAESIDEM adsiduis venatibus oblectaret, quae est LITTERATISSIMI HVIVS PRINCIPIS erga viros litteratos singularis clementia, ibidem eundem Ascaridem lumbricoidem L. in aqua fontana reperiit et in vitro obturato secum Helmstadium viuum transportauit. Corruit igitur hac saepius repetita et accurata obseruatione opinio VALLISNIERII t)

B

AN-

s) Ei. *Histor. physiol. ascaridum* p. 73.

t) *Lib. citat.* p. 52. E' manifesto, inquit, con oculata sperienza, ch' ogni animale, incominciando dall'uomo sino al più abbietto sopra la terra, ha i suoi vermi interni particolari, e dimessici abitatori. Et p. 53. Nascono dunque in noi i nostri vermini, si nutriscono in noi, si propagano in noi, e con noi, e succiamo dalle nostre Madri, o nell' utero, o col Latte questa sfortunata Eredità verminosa, la quale non sò poi, se sia una pena, o una legge della Natura, e lascio ponderarla alla sublimità del suo ingegno. Io non so, se sieno stati creati ne' nostri primi Parenti, acciocchè consumassero senza dolore, e con una fame innocente il solo nocivo, ed escremen-

tofo,